



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 11. Bogomilorum errores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](#)

odor præsentes offendiceret, fumusque vix Sæcul. XII.
paulo magis quam antea nigresceret. Po- A.C. I.I.I.
pulus Basiliæ Sectatores quoque, quorum
magnus numerus tristem Magistri sui exi-
tum spectabat, flammis tradere gestiebat,
sed vetuit Imperator, cui satis fuit jube-
re, ut carceri manciparentur. In eo
longo tempore custoditi sine pœnitentia
e vita migrarunt.

§. XI.

Bogomilorum Errores.

Alexio Imperatore jubente, errores Bo- *Anna. p. 490.*
gomilorum literis mandavit quidam
Monachus, nomine Euthymius Zigabe-
nus, Matri Imperatricis Irenis & omni-
bus Clericis notus. Is Grammaticæ re-
gulis apprime instructus, nec artis bene
dicendi ignarus, in Doctrina Ecclesiæ ita
versatus erat, ut nemo magis. Itaque
ab Imperatore jussus opus scripsit, in quo
omnes Hæreses exponebat, atque singu-
las ex auctoritate Patrum refutabat.
Quem librum Imperator Panopliam
Dogmaticam, seu viri Docti Armaturam
appellavit. In eo opere Euthymius Hæ- *Euthym.*
resim Bogomilorum recenset eum in *Panop. tit.*
modum, quo eam ex ore Basiliæ acceptam²³.
Imperator in chartam, ut supra memini-
mus, referri jussérat. Summa autem
Errorum hæc fuit.

Reji-

Sæcul. XII.A.C. IIII.Num. I.n. 2.n. 3. 4.6.Satanael & tur,
Satanas.7.8.14.15.

Rejiciebant Bogomili Mosaicos Li-
bros, ceterosque Veteris Testamenti,
excepto Psalterio, & sexdecim Proph-
etis. Novum vero Testamentum totum
recipiebant. Confitebantur Trinitatem,
sed solum verbis, nam revera tria nomi-
na soli Patri tribuebant, dicebantque, Fi-
lium & Spiritum Sanctum non prius
quam anno Mundi quinques millesimo
quingentesimo extitisse (quod circiter
ad tempus Nativitatis JESU Christi refer-
ri potest) & post annos triginta tres cum
Patre fuisse confusos. Ut ipsi fabulaban-
tur, Deus antea habuerat alium filium,
nomine *Satanael*, qui cum seditionem
commovisset, & Angelos in suas partes
pertraxisset, cum iisdem de Cœlo dej-
etus fuit. Is deinde alterum Cœlum
condidit, & reliquas Creaturas visibiles,
Moysem decepit, eique veterem legem
dedit. Ad ipsius potentiam destruen-
dam JESUS Christus advenit, & postquam
rebellem in Infernum inclusit, ultimam
syllabam ipsius nominis, quod Angelo
conveniebat, subtraxit; unde jam *Sata-
nas* vocetur.

Dicebant, Verbi Incarnationem, ejus
vitam super terram, ejus mortem & Re-
surrectionem, ceteraque omnia inanem
rerum speciem fuisse, & offucias, quibus
Satanael falleretur. Quare Crucem hor-
rebant & rejiciebant. Nostrum Baptis-
mum

mum damnabant, Joannis esse dicebant, Sæcul. XII.
 quod per aquam fiat, & eos, qui ad im- A.C. 1111.
 piām ipsorum deficiebant Sectam, reba-
 ptizabant alio Baptismo, quem Sancti
 Spiritus esse ja&t;itabant. Dicebant, Dæ-
 mones a se solis aufugere, in singulis au-
 tem reliquis hominibus singulos Dæmo-
 nes habitare, qui eos ad omnis generis
 peccata committenda impellerent, nec
 ipsos etiam in morte relinquenter. Ev-
 charistiam contemnebant, & Sacrificium
 Dæmonum appellabant, nec aliam Com-
 munionem confitebantur, vel aliam Cœ-
 nam, quam petitionem panis quotidiani
 in precatione *Pater Noster*. Reliquas Matth. 6. 7.
 precandi formulas tanquam multilo-
 quium Gentibus conveniens aspernaban-
 tur. Orationem vero Dominicam se- 17.
 pties die & quinques nocte frequenta-
 bant. Omnia templa manu facta damna-
 bant, ne quidem templo Jerosolymitano
 excepto, eaque Dæmonum Sedes esse di-
 cebant, unde in Ecclesiis nunquam ora-
 bant. Sacras imagines spernebant, &
 Idolorum loco habebant. Nullos alias
 Sanctos prædicabant, quam Prophetas,
 Apostolos & Martyres, Episcopos autem
 & Ecclesiæ Patres, tanquam Idolorum
 Cultores, reprobabant. Ut Pseudo-Pro-
 phetas habebant S. Basilium, S. Grego-
 rium Nazianzenum, ceterosque Patres.
 Imperatorum nullos nisi Iconoclastas, in-
 primis

42.

11.

45.

46.

Sæcul. XII. primis Copronymum, orthodoxos fuisse
A.C. IIII. affirmabant.

- Bogomili omnes Catholicos Phari-
sæos esse & Sadduceos, viros autem lite-
ratos Scribas calumniabantur, quibus sua
Matth. 13. Doctrina communicanda non esset. Si
31. 47. Bogomilis fides habeatur, duo illi Dæmo-
niaci, qui in sepulchris habitabant, Ty-
pus erant duorum ordinum, Clericorum
& Monachorum, degentium in Ecclesiis,
in quibus ossa mortuorum (id est Reli-
quiæ Sanctorum) custodiuntur. Item,
Luc. 9. c. 8. ipsis Evangelium explicantibus, monachi
27. 28. &c. significabantur per vulpes, quæ foveas
suas habent, Stylitæ autem sub aperto
cœlo in columnis persistentes, erant illis
volucres Cœli, quæ nidos suos habent,
& quas Deus nutrit. Ita Bogomili Do-
ctrinam suam superstruebant S. Scriptu-
ræ textibus, quos pro suo arbitrio alle-
gorice explicabant. Licere sibi puta-
bant, errores suos dissimulare, & quibus-
cunque demum fraudibus ad servandam
vitam uti; unde non facili negotio dete-
21. 24. gi poterant. Monachorum habitu ince-
debant, quo magis laterent, & facilius
viam ad insinuandam aliis Hæresim suam
invenirent. Matrimonium damnabant,
& omnem utriusque sexus conjunctio-
nem, quasi corporibus carerent, prohi-
bebant. Præcipiebant, ne quis carnibus
aut ovis vesceretur; ad convivium vero
invi-

invitati plus ceteris opipare epulabantur, quare nec ab aliis rebus sibi tempore credebantur. Princeps Regia Anna Comnena fatetur, se cupivisse Bogomilorum Hæresim exponere, sed verecundia & modestia sexui suo innata fuisse prohibitam, ne linguam fœdaret. Ideoque lectorem ad librum Euthymii remittit. (*)

Bogo-

Sæcul. XII.
A.C. 1111.
Alex. lib. 15.
p. 490.

(*) Addit Natalis Alexander, pag. 167. Sæc. XI. & XII. *Juxta Bogomilos Rachelem fuisse mulierem viduam, quæ cum duas haberet infantes filias, quo tempore Herodes pueros omnes interfecit, honorem & gratiam apud ipsum se inituram arbitrata, eas in speciem marium mutantas attulit. Quæ cum essent pariter interficere, Rachel ita lugebat, nullam ut consolationem admitteret. &c. Item, Catholicam Ecclesiam esse Herodem, quæ Verbum apud eos natum occidere conaretur. &c. Ceterum cum Patriarchæ Constantinopolitani communionem cum Sede Romana Apostolica, quæ Ecclesiæ Universalis centrum est & vinculum, servasse non legantur, ipsi quoque nullatenus meliorem, quam Bogomili Regulam, nec majorem auctoritatem in explicando S. Scripturæ sensu habebant. Ideoque, ut alia prætereamus, revera in Doctrina de Professione Spiritus Sancti fallebantur. Hinc Bogomilorum, Græcorum, Protestantium & denique omnium illorum, qui, cum S. Scripturam interpretantur, rejecta Ecclesiæ Romanæ auctoritate proprium*

Sæcul. XII.A.C. IIII.Auct. Bibl.PP. 1614.to.2. p.292.

Bogomilorum deliriis expositis, Eu-
thymius Ismaelitas quoque, seu Musul-
mannos refellit. Primo Historiam Ma-
hometis summatim refert, ostenditque,
eum a nullo Prophetarum fuisse promis-
sum, nec ullo argumento confictam mis-
sionem suam probasse. Præcipua Do-
gmata ex Alcorano refert, cuius capita
& verba citat, atque ineptias in hoc li-
bro contentas explodit, qualis est illa,
quod auctor libri Mariam sororem Moy-
sis, & Virginem Matrem JEsu unam per-
sonam fecerit, & quod sermones, quos
adspirante Numine se haussisse dicebat,
adjunctis anilibus fabulis impleverit.

Nicolai Grammatici Successor fuit Jo-
annes, Diaconus, *Hieromnemon Ecclesie*
Constantinopolitanæ, & frater Episcopi
Calcedonensis; hinc ab illa urbe cogni-
mentum accepit. Eum a puero literis
Sacris profanisque eruditum, defuncto
Nicolao, Alexius Imperator, in Ecclesiam
ingressus, Patriarcham populo denuncia-
vit, qui deinde hanc Sedem annis viginti
tribus tenuit.

§. XII.

prium sequuntur judicium, diversitas in eo tan-
tum sita est, quod alii magis alii minus a veri-
tate aberrent.